

---

ΠΑΡΜΕΝΙΔΗΣ

Η ΠΕΡΙ


ΙΔΕΩΝ.

PARMENIDES

SIVE DE

IDEIS.

---



ΠΑΡΜΕΝΙΑΔΗΣ

Ἡ ΠΕΡΙ

ΙΔΕΩΝ.

PARMENIDES

SIVE DE

IDEIS

ET

UNO RERUM OMNIUM

PRINCIPIO

PLATONIS DIALOGUS. K

---

Studio JOH. GUL. THOMSON

Ex Aula S<sup>i</sup> *Edmundi Oxon.*

---

O X O N I I,

E THEATRO SHELDONIANO.

MDCCXXVIII.

Imprimatur,

*JO. MATHER*

Vice-Can. Oxon.

*Aug. 30. 1728.*

II  
I R O L E G O M E N A  
JOHANNES GUILIELMUS THOMSON

# LECTORI

S. P. D.

**C**UM Antiquitatis in omni genere Operis insti-  
tuti ratio. monumenta sedulo conquiri viderim, nec iis, qui in vetustatis sordibus ipsis ruderibusque eruendis studium consumpserunt, fautores suos deesse, existimavi equidem rem me facturum, curioso juxta ac erudito Lectori nec ingratam penitus, nec inutilem, qui singularem huncce *Platonis* Dialogum, pretiosum antiquitatis philosophicæ monumentum, in lucem publicam protulerim, meo qualicumque labore auctum aliquatenus, & illustratum.

Dialogi argumentum quod attinet, est illud momenti sane gravissimi, siquidem ea ardua est & gravissima, quæ de Deo rebusque divinis instituitur disquisitio. In materie tam difficili reconditaque, inter tam varias philosophorum disceptantium hallucinationes, quousque inermis ratio proficere, quantumque felix conjectura investigando assequi potuerit, isthoc perspicere opus esse arbitror nec viro liberali, nec philosopho, nec Christiano indignum. Quæ serio meditati placebunt, reperientur permulta, nonnulla insuper quæ admirationem, nonnulla etiam quæ veniam mereri videbuntur. Si quid adeo in terminis magis obsoletum, si quid in propositionibus minus perspicuum

b

cuum occurrerit, qui ipsius argumenti difficultatem perpendit, minus indignabitur lector benevolus, & quas res ipsa fert, boni consulet molestias.

Dialogi formam si spectes, disputationem habes vere *Socraticam*, qua excogitari potest, ad ingenia exacuenda nihil acrius, ad hypotheses excutiendas nihil subtilius, ad veritatem investigandam nihil solertius. Hinc è scholis in vitam communem transit Philosophia; in argumenti difficilis decursu per omnia diverticula ex utraque parte rationum momenta perpenduntur: Per interrogatiuncularum argutias elicitur concessio, & quasi leni tormento exigitur animi assensus. Ita demum ex hac ingeniorum concertatione ignotæ veritatis novum evocatur lumen, & ex dubitatione pedetentim devenitur ad certitudinem. Et est quiddam sane in hac parte quod dialectici hominis cogitationes moretur, sunt pleræque, quas accuratius ventilatas miretur, metaphysicæ subtilitates, & si forte *Aristotelem* suum in veritate confirmanda potiorum ducem sequatur, at *Socratem* agnoscat in excogitanda acutiorem, & tanto cæteros ingenio superantem, quanto ab iisdem scribendi artificio superatur.

Vereor equidem ne hujusmodi disquisitiones Metaphysicæ, & hoc, quicquid est Mysticæ Theologiæ, politioris ingenii hominibus & auribus paulo delicatioribus minus placere possint; præcipue cum usu comperitum sit id scriptionis genus, cui sese parum assueverint, à fastidiosis lectoribus facile damnari. Proinde non dubito fore plerosque, quibus videbor nec famæ meæ, neque reipublicæ literariæ utilitati consuluisse, qui in philosophia tam subtili pariter & obscura, adeoque in difficilibus quibusdam nugis explicandis operam contriverim. Verum, siquid in hac causa valeat magnorum nominum autoritas, facile ostendi posset, quam magnifice senserint de hoc *Platonis* dialogo viri in omnibus fere sæculis eruditissimi. Veterum philosophorum iudicio nec omnia nec nihil tribuendum censeo,

feo, antiquitatis non tam ineptus fautor ut ænigmati-  
cam quamvis & inexplicabilem hypothesin tanquam  
divinum quiddam oraculum venerarer, quasi dogmati  
non intellecto uberius pretium & reverentiam adde-  
ret elaborata obscuritas. Nihilominus absit, ut diffi-  
cilia, quæ occurrunt, plurima, velut absurda, temere re-  
jiciantur, & ea scriptori vertantur vitio, quæ lectoris  
potius debentur incitiæ.

Quamobrem in eo elaborandum esse duxi, ut locis,  
quæ passim occurrunt, obscurioribus aliquid lucis af-  
funderem; eo consilio philosophiæ *Platonice* interpre-  
tes sedulus consului, Græcorum, qui de hac re scrip-  
serunt, commentaria, non illa solum, quæ jam olim  
edita omnium manibus teruntur, sed quædam insu-  
per, quæ in Bibliothecis hæctenus inedita delituerant,  
ita evolvi, ut ex iis, quicquid Authori nostro expli-  
cando vel illustrando inferviret, delectu habito depromerem. Quid hac in parte à me sit præstitum, satis  
testatur ille citationum, quæ legentibus moram imo  
forte & tædium injecerint, operosior apparatus.

Quoniam vero in hanc materiam incidi, scire te ve-  
lim, Benevole Lector, consilium me imprimis cepisse  
de edendo MS. Cod. fol. (quem etiam versione latina  
donavisse) cujus in *C.C.C.* apud *Oxonenses* Biblioth. in-  
structissima luculentum extat exemplar, cui titulus *Δα-  
μασκίης Φιλοσόφου διατριβαὶ καὶ λύσεις περὶ τῶν πρώτων ἀρχῶν*. Ve-  
rum, dum hoc meditarer, amicis hortantibus haud in-  
commodum esse duxi hujusce dialogi, in cujus subsi-  
dium à me *Damascium* sæpius citatum videbis, editio-  
nem præmittere. Ita, ut primi laboris exitu explora-  
to, si literatorum incitamenta non defuissent, ad opus  
hocce ornandum & perficiendum alacrius accederem;  
& ex altera parte, si minus recte res cecidissent, per-  
spicere liceret, quantillo in pretio apud eos habendus  
foret *Commentator Platonicus*, quibus ipsius *Platonis*  
scripta minus placerent.

Verum, ut ut hæc sint, intelligas velim nihil me laboris defugere, unde ad rem literariam fructum aliquem redundare posse existimem: & ea mente hoc, quicquid est opusculi, tenue quidem, at certe difficillimum suscepi, ut ei *Academia*, quæ præ cæteris longe Celeberrima Græcarum litterarum studiis efflorescit, me commendare possim; ita ut, quem hospitem nuper exceperat, favore suo non prorsus indignum censeret.

Sed hæc satis jam superque operis præmuniendi causa præfatus ad ea, quæ ad rem propius spectant, explicanda festino.

*Dialogi*  
*vimur,* Et Imprimis dialogi titulū quod attinet, quam non sine causa *Parmenidi* tribuatur, cuius, quæ inferius dicta reperiet, consideranti facile patebit. *Parmenidis* enim laudi illum à *Platone* fuisse inscriptum auctor est *Laërtius*; id quod sane eo libentius faciebat Philosophus, quo plus à se tanto hominis ingenio deberi existimaret. *Parmenides* duos libros ligata oratione composuerat, quorum quidem alterum *de veritate*, i. e. sicuti *Alexander & Simplicius* interpretantur, περὶ τῆς ἀληθείας, alterum vero *de opinione*, i. e. περὶ τῆς ἀποδείξεως, inscripserat. In illo de *ideis rebusque divinis* agebat, *Unum*, i. e. Deum, rerum universitatis initium ponebat, quod *omnia sit, & supra omnia*: in hoc *ignem & aëra* universi principia statuebat, *Amorem* Deorum fingebat antiquissimum, & alia multa fabulabatur, quæ quidem nec ipse sibi persuasā habuit, nec aliis persuaderi voluit, sed quo ostenderet, quam fallax sit vulgi opinio, & iudicium veritatis non in sensibus esse, doceret. Confirmant hæc nostra *Parmenidis* versus apud *Simpl. in Aristot. Natur. Auscult. lib. 1*, quibus, finito suo de veritate opere, ad sensibilia transit

“ Εν τῷ σοι παύω πρὸν λόγον ἠδὲ νόημα

“ Ἀμφὶς ἀληθείης· δόξας δ’ ἀπὸ τῶνδε βροτείης

“ Μάν-



“ Μάθητε, κέσμον ἐμῶν ἐπιγῶν ἀπάτηλον ἀλάων.

“ Μέρφας ἰδὲ κατέθεντο δύο γουμαῖς ὀνομαίζων.

“ Τῶν μίαν ἔχρῶν ἐστίν, ἐν ᾧ πεπλανημένοι εἰσίν.

“ Ἀντὶ δὲ ἐκείναντο δέμας, ἔσῃματ' ἔθεντο.

“ Χωρὶς ἀπ' ἀλλήλων, τῇ μὲν φλογὸς αἰθέριον πῦρ.

“ Ἦπον ὃν μοῦ ἀραιὸν ἑαυτῶ πύκνισσε ταυτῶν.

“ Τῷ δὲ ἐτέρῳ μὴ ταυτῶν, ἀτερ κακῆν κατ' αὐτῶ.

“ Ἀντὶ νυκτῶδα ἠδὲ πυκνὸν δέμας ἐμβροχῆς τε.

“ Τόν σε ἐγὼ διακόσμου εἰκόνη πάντε φατίζω.

“ Ὡς ἔ μή πῶτε τις σε βροτῶν γνώμη παρέλασθῃ.

Spiritualium rerum duntaxat esse scientiam, certamque cognitionem putabat *Parmenides*, sensibilia vero dubia solummodo opinione apprehendi. Ita ipse apud *Procl.* in *Tim.*

— “ Χρῶν δὲ σε πάντα ποθέσθαι

“ Ἡ μὲν ἀληθείης εὐφροσύνη ἀπρεμῆς ἦτορ,

“ Ἡδὲ βροτῶν δόξας, ταῖς οὐκ ἐνὶ πίστις ἀληθείης.

Inde *Plato*, *Parmenidis* æmulus, duas esse ajebat essentias, per quas cuncta gignantur, quarum una cogitatione sola concipitur, altera sensibus subjici potest. Sed illa, quæ mentis oculo comprehenditur, semper & eodem modo, & sui par & similis invenitur, ut quæ vere sit. At enim altera opinione sensibili & irrationali æstimanda est, quam nasci & interire ait. Et sicut superior vere esse memoratur, hanc non esse vere possumus dicere. Et primæ quidem substantiæ primum esse Deum, Formasque rerum, & animam: secundæ, omnia quæ informantur, quæque gignuntur, & quæ à substantiæ superioris exemplo originem ducant, quæ mutari & converti possunt, labentia, & ad instar fluminum profuga. Hæc *Apulejus* de *Dogn. Plat.* quæ *Plato* in *Timæo* hunc in modum effert. “ Τὸ μὲν δὲ νοῖος μετὰ λόγου περίληπτον, αἰεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ ὄν, καὶ ἔ γυνομένου δόξῃ μετ' αἰσθήσεως ἀλάου γου δόξασιν, γυνομένου καὶ διαπολλυμένου, οὕτως δὲ ἐδέποτε ὄν. Sic, dum ex *Hermete Trismeg.* quæritur “ τί οὐκ ἀληθές ἐστίν; *Hermes* respondet, “ Τὸ μὴ γολέμενον, ὡ τέκνον, τὸ μὴ

“διορίζομενον, τὸ ἀχρώματον, τὸ ἀχρημάτιστον, τὸ ἀτρεπίον, τὸ  
 “ζυμνον, τὸ Φαῖνον, τὸ ἑαυτῷ καταληπτόν, τὸ ἀναλλοιώτων, τὸ ἀ-  
 “σώματον. conf. *Plat. in Phæd. & Theæt.*

Et sane tantum abest, ut *Dialogus* noster *Parmenidis* nomen temere præ se ferat, ut potius doctrinam ejus de *rebus divinis & Ideis*, quam *Syriano* teste, veluti evocatam è latebris luci publicæ exposuerat ὁ *Ελεάτης*, contineat, fidoque *Lectori* integram exhibeat. *Platonici* eum quamplurima *Platonis* arcanæ sapientiæ pandere monumenta uno omnes ore adfirmant. Ita unus instar omnium prodit *Procl. in Theol. Plat. c. 7.*

“Εἰ ἦ δέῃ, inquit, τὸ παντελές, καὶ ὅλον, καὶ συνεχές ἄνωθεν  
 “ἄχρι ἔς σύμπαντος ἀριθμῆς τῆς θεολογίας ἐν ἐνὶ Πλατωνικῷ δια-  
 “λόγῳ σκοπεῖν, ὡς ἀδόξον μὲν ἴσως εἶπεν. Ἐπὶ τις ἐκ τῆς ἡμε-  
 “τέρας ἐτίας μόνοις λεχθησόμενον καταφανές. Τολμητέον δὲ ἐν  
 “ὅμῳ ἐπέειπερ ἠρξάμεθα τῶν πλείων λόγων, καὶ ῥητέον πῶς τὰς  
 “ταῦτα λέγοντας, ὡς ὁ *Παρμενίδης*, ὃν ποθεῖτε, καὶ τὰ μυστικὰ ἔ-  
 “διαλόγου τὰδε νοήματα φαντάζεσθαι. Et paucis interjectis,  
 “τότε ἐν καὶ ὅλον καὶ τέλειον τῆς θεολογικῆς ἐπισήμης φῶς ὁ *Παρμε-  
 “νίδης* ἀναπεί τις ἔς *Πλάτωνος* ἐρασιῆς. Quanquam autem  
 non ferendæ nec audiendæ prorsus sint *Platoniorum*  
 nugæ, qui de tot totidemque *Deorum* ordinibus, eo-  
 rumque diversa natura dialogum hunc agere autu-  
 mant, quot supposita contineat: Quanquam explo-  
 denda sit *Marini* inanis opinio, qui non contentus in-  
 scriptione dialogi, qua nunc conspicitur, περὶ Εἰδῶν,  
 inscribendum esse contendebat, περὶ Θεῶν, & quod,  
 quo mystica magis, eo verior foret dialogi expositio:  
 non tamen penitus adstipulor præjudicatis quorun-  
 dam nostri ævi philosophorum opinionibus, qui *Parmenidem*  
*Platonis* mere dialecticum, non dogmaticum esse,  
 ut jejunam veluti verborum concertationem existi-  
 mant, quorum vero causas etsi diu jam requiro, non-  
 dum tamen invenio quas veras esse confidam. Ecquis  
 enim adeo præjudicatæ mentis esset ut neget id esse  
 dialogi argumentum, quod inscriptio promittit? Ec-  
 quis tam ignarus & *Platonis* philosophiæ expers, qui  
 neget

neget, *Idearum* & *Unius* nominibus *Deum* & *Divina* comprehendī, & arduum altissimæque indaginis opus esse, quod in dialogo nostro molitur Philosophus? Hinc sane Pythagoræorum more purgandos, præparandos, perficiendos ducebat auditorum animos *Plato*, ab ideis juxta dialecticorum methodum disputandi sapiens initium, dum ad summum rerum apicem pedetentim se attollat disputatio. Neque enim illotis prorsus manibus sacra sunt tangenda. Hæc dabit *Proclus* in *Tim.* “Ὡσαύτῃ οὐ Τίμηος, πρὸς τὴν Φυσιολογίαν τὴν δι’ εἰκόνων πρῶταίνῃ θεωρίαν τῶν ἐγκοσμίων, ἕτως ὁ Παριωνίδης τὴν περὶ τῶν εἰδῶν ἀνακινεῖ ζήτησιν πρὸς τῆς θεολογίας. Καὶ γὰρ δεῖ ἀφλήσονται τὴν περὶ τῶν εἰδῶν ἀπορίας ἐπὶ τῶν ἐνάδων ἀναπυθῆναι μυστικῶν θεωρίαν. *Olympiod. in Phæd. MS.* “Εἰ γὰρ, inquit, ψυχὴ μὴ ἀκαθάρτων τοῖς ἔξω καθαρῶσι πρῶταίνῃ μὲν, μάταιον ὁ πόνος.

Etenim Dialecticam credebant ejus ævi Philosophi veluti scalam esse, qua ad summa adscenderet animus.

*De Dialectica & Dialecticorum terminis in Theologia veterum*

*Dialectica*, inquit alicubi Cicero, *indagatrix est ad omnia, omnium rerum, quæ via & ratione progrediuntur, quæque viam aperit, qua à vinculis ignorantie solvimur, & ab umbris ad lumen convertimur; quæ procul dubio ex Plat. lib. 7. de Rep. fumsit Orator* “Τὴν ἐν τῇ ἀληθείᾳ κλῆν ταύτην τὴν πορείαν καλεῖς; τί μὲν; Ἡ δὲ γε, ἦν δὲ ἐγὼ, λύσις τε δὸς τῶν δεσμῶν, καὶ μεταστροφὴ δὸς τῶν σκοπιῶν ἵπτι τὰ εἰδῶν δὸς τὸ φῶς, καὶ ἄλλῃ καταγωγὴ εἰς τὸ ἥλιον ἐπάνωδον. Ita & *Hierocl. in Aur. carm.* “καθάρμοι τῆς λογικῆς ψυχῆς εἰσὶν αἱ μαθηματικαὶ ἵπτισημοι, καὶ ἀνάγωγος λύσις ἢ ἀλεγκτικὴ τῶν ὄντων ἐποπτεία. Neque innotescet, ajunt Philosophi, animo summum illud rerum principium, nisi multis agitatus curis & meditationibus causas secundas quasi errans, ut in Dialogo nostro loquitur *Zeno*, peragret & pervagetur ante, quam in summo rerum apice extra naturam demum possit acquiescere. Sic *Simpl. in Epiict.* p. 231 & 232. “Χρὴ τὴν ἵπτι τὰς δεξιάς ἀναβαίνοντα ζητεῖν, εἰ διωκτὴν εἶναι πικρῆτον τὴν ἵπτι τῆς δεξιᾶς.

“χῆς. Καὶ εὐρεθῆ, πάλιν ἐπ’ ἐκείνου ζητεῖν, εἰὼς ἀν εἰς τὰς  
 “ἀκροτάτας ἐλθωμεν, ὧν ἐκεῖ σιμνοτιέρας ἔχομεν, καὶ μὴ εἴ-  
 “σαι τὴν ἀνάβασιν. Unde etiam pro re nata in Theolo-  
 gicis, terminis Dialecticis utebantur Philosophi, maxi-  
 me Eleatici, quos passim in *Parmenide* adhibet *Plato*.  
 Pluribus autem hac de re agit *Proclus* in *Parm.* lib. 1.  
 f. 13. cujus verba nunc ex MS. adferam. “Τὰ γὰρ θεῖα,  
 “inquit, κατ’ ἄλλον ἔ ἄλλον τρόπον ἐρμηνεύειν διωκτίν. Τοῖς  
 “μὲν Φοιβοληπτοῖς ποιηταῖς Διὰ τῶν μυθικῶν ὀνομάτων καὶ ἐρμηνείας  
 “ἀδροτιέρας. Τοῖς ἢ τῶν τραγικῆς σκυῆς τῶν ἐν τοῖς μυθικοῖς ἀπι-  
 “χομύοις, ἄλλως ἢ ἐν θεῖω σῆματι Φεγλοιδύοις δι’ ὀνομάτων  
 “ἱεροπρεπῶν καὶ εἰς τὸ ὑψος ἀνενηγυῖνης ιδεῆς. Τοῖς ἢ δι’ εἰκό-  
 “νων αὐτὰ προφεμύοις, ἐξαγγέλλειν δι’ ὀνομάτων μαθηματικῶν,  
 “ἢ ποῦ τῶν ἐναρθεμητικῶν λεγομένων, ἢ τῶν γεωμετρικῶν. Τῶν  
 “δὲ ἔν πάντων ἐξήλακται παντελῶς ἢ Διὰ τῶν Διλεκτικῶν ὀνο-  
 “μάτων αὐτῶν ἐφερμηνεύοις, προσήκοντα μάλιστα τοῖς ἐκ τῶν Ἐλεα-  
 “τικῶν διδασκαλείς, κατὰ πρὸς ἐκείνων ἢ μὲν ἐξαίρετος ἐστὶ τῶν Πυθα-  
 “γορείων, ὡς φιλολάος δηλοῖ, τοῖς λριθμοῖς τὰς τῶν Θεῶν ὑπάρξεις  
 “καὶ πρὸς τὰς ἀφηγησάμενους ἢ τῶν ἱερατικῶν, ὀνόματα τῶν  
 “Θεῶν κατὰ τὴν αὐτῶν μυθικὴν ἐρμηνείαν ἐκδεδωκότων, οἷα τοῖς  
 “Λοσυελοῖς ὑμνῶμενα Ζήναι καὶ Ἀζωνοῖ, καὶ Πήγαι ἔ Ἀμείλικτοι,  
 “ἔ Σιωχεῖς, δι’ ὧν ἐκείνοι τὰς τάξαις ἐρμηνεύουσι τῶν Θεῶν ἢ δι’  
 “τῶν Ὀρφικῶν τῶν Ἐλληνικῆς ἔσοι θεολογίας ἰδία, Κρόνον, καὶ Δία,  
 “ἔ Οὐρανόν, ἔ Νύκτα, καὶ Κύκλωπας, καὶ Ἐκατόνχειρας ἸπιΦη-  
 “μίξουσι τὰς ἀκροτάταις τῶν πάντων δόξαῖς. Ἡ τοῖνυν Διλεκτι-  
 “κὴ τῶν Θεῶν ἐξήγησις ἀντι πάντων, ὡς εἰρηται, τῶν τοῖστῶν,  
 “ὀνόματι χρήται Διλεκτικῆς, Ἐν, καὶ Ὀν, καὶ Ὀλον καὶ Μέρη, καὶ  
 “Ταῦτον καὶ Ἐτερον, καὶ Ὀμοιον καὶ Ἀνόμοιον.

Maximum certe addebat pretium *Pythagoræ*, *Eleati-*  
*cis*, & *Platonis*, quod de rebus divinis, aliis ante se  
 Philosophis magis, multoque sublimius differerent, nec  
 tam rerum naturam scrutarentur, quam auctorem mo-  
 litoremque naturæ, atque adeo non obscura ederent  
 argumenta, quantum vel ipsi Deo & Religioni tri-  
 buerent, vel tribuendum putarent.

*Res divina docende per ænigmata  
 & numerorum symbola.*

*Plato*, præterquam quod ip-  
 se studio sapientiæ longe late-  
 que

que peregrinaretur, *Pythagoram* & *Elcaticos* in rebus divinis tractandis potiffimos sibi duces eligebat, eodemque symbolico loquendi genere utebatur. *Id sibi inprimis cavendum esse*, ipse de semet ipso scribit *Philosophus* in *Ep.* 7. ubi de primis substantiis agit, *ut per ænigmata scriberet, ut ne, quæ ad Dionysium scriberet, ad aliorum manus pervenirent, & intelligi possent.* Numeris, quos divinatorum symbola esse volebat *Pythagoras*, itidem delectabatur *Plato*, & primum ac simplicissimum numerum summi Dei totiusque universitatis parentis symbolum statuebat: unde tot apud eum eximia *Arithmetices* invenias encomia, & in *Epinom.* numerandi artem, artium primam ponit, eum autem vere sapientem vocat, qui illam cognitam habeat & exploratam.

*Pythagoras* sane, quod notiffimum est, primum omnium principium *Μονάδα* statuit, ut luculenter satis præter cæteros testantur *Diog. Laërt.* & *Plut. in Placit.*

“*Πυθαγόρας τῶν ἀρχῶν τὴν μὲν Μονάδα Θεὸν ἀπεφώνησε καὶ τὰ γὰρ ὅτι, ἥτις ἐστὶν ἡ Ἐνὸς Φύσις. Τὸ ἐν apud Xenophanem & Parmenidem denotabat Deum* testibus *Aristot. & Simpl.* sicut in *Chaldæorum* Theologia Deus Pater τὸ *Ἐν*, *Νῆς πρῶτος*, & τὸ *πρῶτον νοητὸν* vocatur, teste *Jambl. de Myst. Sect. 8. cap. 2.* Deum quoque vocabat *Plato Unum.* Testis omni exceptione major est *Stob. Ecl. Phys. cap. 3.* “*Πολέμων τὸ κόσμον Θεὸν ἀπεφώνησε. Ξενοκράτης Ἀγαθῆνος Καλχηδόνιος τὴν Μονάδα καὶ τὴν Δυάδα Θεός. Πλάτων τὸ Ἐν τὸ μονοφύεις, τὸ Μοναδικόν, τὸ ὄντως ὄν, τὰ γὰρ ὅτι. Πάντα ἢ τὰ τοιαῦτα τῶν ὀνομάτων εἰς τὸ Νῆν ἀπεύδει.*

Non prætereunda vero est heic loci trina illa, quam in Dialogo nostro *Plotinus*

*De trina unius distinctione.*

animadvertit, differentia, *Enn. 5. lib. 1. cap. 8.*

“*Ὁ ὧσα Πλάτωνι Παριδιμίδης ἀκεραΐτερον λέγων διαίρει ἀπ’ ἀλλήλων τὸ πρῶτον ἐν, ὁ κυριώτερον ἐν, καὶ δεύτερον ἐν πολλὰ λέγων, καὶ τρίτον ἐν Ἐ πολλὰ.* Primum est ἐν τὸ πᾶν, *simplicissimum*, sc. *Deus*, quem eo ipso moderantem omnia quæ geruntur, aut unquam gesta sunt, fatentur auctorem, cujusque varii effectus non pro variis censendi sint

numinibus. Secundum est ἐν πολλὰ, feu, πάντα, quo intellectuales rerum ideae indigitantur, i. e. “Νῆς ἡ χάρα τῶν εἰδῶν. Adprime huc facit eximius ille *Cyrilli* locus cont. *Jul.* “Ὁ γὰρ Πλάτων Θεὸν μὲν τὸ ἀνωτάτω Φησὶ τὸ ἄραθον· ἐξ αὐτῶν γε μὲν ἀναλάμψαι Νῆν, καὶ τῆτον εἶναι τὸ περὶ τῆς ἑξ ἑστέρας δὲ κῶσμος “δημιουργόν, sicuti *Hermes* in *Aegyptior. Theol.* τὸν Κνήφ, i. e. τὸν δημιουργόν, infra unum statuit, quod alto silentio fit colendum Videfis *Jamb. Sect. 8. cap. 3.* Tertium est ἐν καὶ πολλὰ, s. πάντα, quo, *Plotino* interprete, ἡ αἰώνιος ψυχὴ significatur. *Procl. in Parm. Lib. 5.* “Τὴν ψυχὴν “ἐν καὶ πολλὰ ἀπεφάνητο, διὰ τὸ μερισμὸν τῶν σωδῶσεων δει- “θῆσαι.

*Transitio ad primam partem dialogi sc. de Ideis.*

Non parum vero difficultatis pariunt obscuræ istiusmodi de primis principiis disputationes, neque immerito *Aristot.* dicam scribit *Parmenidi* ceterisque ejusdem ævi sapientibus, quod, dum de principio supernaturali quærent, physice de eo disputarent, quo nomine etiam *Aegyptios* carpunt *Porphyr.* in *Ep. ad Aneb. & Euseb. Præp. Evang. Lib. 3. cap. 4.* Neque facile profecto est *Platonis* sententiam hoc in argumento perspicere. Tot impedita ea est involucris, tot occulta tenebris, ut vel perspicacissimus quisque se lipsum fateatur, nec ad eam penitus eruendam aptum natum. Micant tantum in spissa caligine lucis quædam scintillulæ. Pauca conspiciuntur vestigia, quæ, quoad in Dialogo nostro reliquit *Plato*, ut investigem, operis institutique mei ratio jure suo à me exigere videtur. Relegam autem eadem vestigia, quibus in tractandam Thesin suam ingressus est *Philosophus*, (quod equidem docendi genus optimum esse puto) sequarque partes illas quibus ille Dialogum secuit, id agens ut *Lector Benevolus*, ante quam ad perlegendum *Parmenidem*, quem intellectu difficillimum omnium *Platonis* Dialogorum existimo, accedat, doctrinam de *Ideis* & uno cognitam habere possit & competentam.

Fontes

Fontes si indigitare vellem, Doctrinamque de *Ideis* à prima usque origine repetere, *Chaldaeorum Ægyptiorumque* clausa adyta patefacienda forent, & mysteria revelanda. Philosophorum antiquissimi ab oratore memorantur *Chaldaei*, à quibus ad *Barbaras* primum nationes, tum ad *Græcos & Latinos*, transmissa sit Philosophia, ita ut *Chaldaica* Philosophia, veluti fons extiterit uberrimus, è quo primum sibi poculum haurientes *Orientis* incolæ *Græcis* postmodum infudere. *Orpheus* ipse, ὁ τῆς πλετῆς ποιητῆς, ὁ Μυσαγωγός, & *Græcanica* Philosophiæ princeps, sua, si *Iust. M. & Tatiano* sit habenda fides, quæ in *Græciam* sacra primus intulit, ex *Ægypto* extulit. Ex eodem fonte biberunt *Pherecydes, Pythagoras, Thales*, & quotquot sapientia clara *Hellas* unquam tulit ingenia, quæ rebus cœlestibus & Divinis otium & operam impenderunt. Docet hæc *Ioseph.* “ Ἀλλὰ μὲν ἔ τὰς ὡς εἰ τῶν ἑρανίων τε καὶ θεῶν πρώτους παρ’ Ἑλλήσι φιλοσοφῆσαντας, οἷον φερεκύδην τε Συρίων, καὶ Πυθαγόραν, καὶ Θάλητα, πάντες συμφώνως ὁμολογῶσιν, Αἰγυπτίων ἔ Χαλδαίων γενεαρχίας μαθητῆς, ὀλίγα συγχεῖσθαι. Lib. 1. cont. *App.* Inde sua de *Ideis & Divinis* dogmata mutuatos esse *Eleaticos & Platonem* extra omnem dubii positum est aleam. Etenim non magni heic habendam esse censeo *Patrum* auctoritatem, qui *Platonem* ut τὴν τῶν εἰδῶν χώραν, sic & τὰ εἶδη ex *Mose* hausisse levi satis conjectura augurantur, & condonandum facile puto lapsum hunc viris sanctis cum ceteris omnibus quibus historiam *Platonicam* contaminarunt fabellis.

Origo Idearum  
Platonis.

De duplici Idearum genere in *Dialogis* suis agit *Plato*. Alia εἶδη animo insident ceu ingenitæ notiones à creatore impressæ, de quibus passim differit Philosophus, inprimis vero in *Phæd.* & *Theat.* ubi plurima de hoc Idearum genere loca colligere licet, è quibus ego unum duntaxat eligam. Ita vero *Socr.* alloquitur *Theætetum*, “ Θεὸς δὴ μοι λόγου ἕνεκα ἐν ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν ἐν κελύδον ἑκμαγεῖον, τῷ μὲν μεῖζον, τῷ  
“ δ

Idearum duo  
genera.

“δ’ ἑλαττον, Ἐ τῶ μὲν καθάρωτέρω κηρῶ, τῶ δὲ κοπρωδέστερω  
 “καὶ σκληροτέρω, σίκοις ἢ ὑγροτέρω, ἐπι δὲ (legere malle  
 “ἐπι δὲ) οἷς μετρίως ἔχοντες. Θεαι. Τίθημι. Σω. Δῶρον ποίνω  
 “αὐτὸ φῶμεν εἶναι τῆς τῶν Μουσῶν μήτῃς Μνημοσύνης, καὶ ἐς  
 “τὸτο, ὅτι ἂν βεβληθῶμεν μνημονεύουσα ἂν ἰδῶμεν, ἢ ἀκούσω-  
 “μεν, ἢ αὐτὴ ἐνοήσωμεν, ὑπεχοντες αὐτὸ ταῖς αἰσθησέσι, καὶ ἐν-  
 “νοίαις ἀπετυπῶσθαι ὡσπερ δακτυλίων σημεῖα ἐσημανομένης, Ἐ  
 “ὁ μὲν ἂν ἐκμαγῆ μνημονεύοντε, καὶ ἐπίσκαδα, εἰς ἂν ἐνὶ τῷ ἑ-  
 “δῶλον αὐτῆ· ὅταν δ’ ἐξαλειφθῆ, ἢ μὴ οἷόν τε γῆρατα ἐκμα-  
 “γῆναι Πιπελῆδατα τε, καὶ μὴ Πίσαδατα. Hinc scientiam re-  
 miniscentiam esse statuebant Socrates & Plato, “Αἱ μα-  
 “θήσεις ἀναμνήσεις. *Semina nobis scientiæ, inquit Seneca,*  
*Natura dedit, scientiam non dedit.* Nam sicut oculus re-  
 ipsa non videret, nisi ad videndum præparatus esset  
 & aptus natus: ita quoque animus nunquam intelli-  
 geret, sciret aut disceret, nisi deprehenderet in se, ad  
 hæc vim sibi ingenitam. Conf. Tertull. de Anima c. 19.

*Platonis Idea in dia-  
 logo Parmenid.*

At vero de hoc *Idearum* genere nul-  
 la in *Parmenide* est quæstio. Tantum  
 enim abest ut τὰ εἶδη, de quibus in dial.  
 nostro sermo est *Platoni*, sint τὰ ἡμετέρα νοήματα, sicuti  
*Aristoteli* & *Stoicis* talis stetit sententia, ut contra sint  
*prima rerum exempla quæ Deus statuit, & figurationes è*  
*guarum impressione omnia quæ sunt eruntque cæcæ instar sig-*  
*nantur.* Vocatur ideo τὸ εἶδῃ ab *Alcimo* αἰδῶν τε, καὶ νοη-  
 τὸν, quod nimirum non in aspectabili, sed intelligibili  
 & æterno mundo, intellectualia & æterna deprehen-  
 dantur rerum exemplaria. Ita *Clem.* apud *Euseb. Præp.*  
*Ev.* lib. II. cap. 25. “Κοσμὸν τε αὐθις τὸν μὲν νοητὸν οἶδεν ἢ  
 “βάρβαρῃ φιλοσοφίᾳ, τὸν ἢ αἰσθητὸν, τὸν μὲν δεχεται τὸν  
 “μὲν εἰκόνα ἔ καλῶ ᾠραδείγματος. Non opus autem est  
 multis, nec indigemus heic alienis expositionibus, cum  
 clara satis & perspicua sit *Platonis* sententia. Ita enim  
 in Dial. nostro *Socrates* ait ad *Parm.* “Αλλ’, ὦ *Παρμενίδη*,  
 “μάλιστα ἔμοιγε καταφαίνεται ὡδε ἔχειν, τὰ μὲν εἶδη ταῦτα ὡς-  
 “περ ᾠραδείγματα εἶναι τῇ φύσει, τὰ δὲ ἄλλα τῆστις εἰκί-  
 “ναι, καὶ εἶναι ὁμοιώματα, καὶ ἢ μετέξις, αὐτῇ τοῖς ἄλλοις γίγνεσθαι  
 “ τῶν



“ τ̄ εἰδῶν ἐκ ἄλλης ἢ εἰκαδῆναι αὐτῆς. Unde Tertull. lib. de Anima cap. 17. Vult enim Plato, inquit, esse quasdam substantias invisibiles, incorporeas, supermundiales, divinas & æternas, quas appellat Ideas, id est, formas exemplares, & causas naturalium istorum manifestorum subjacentium corporalibus sensibus, & illas quidem esse veritates, hæc autem imagines illorum. Verum, quod bona venia Patris eruditissimi dixerim, Plato non solum manifesta & subjacentia sensibus à suis dependere putabat ideis: sed etiam ea quæ mente & intelligentia apprehenduntur suam participare ideam, Plato & Socrates non in Dial. nostro solum adstruunt, sed etiam in Philebo confirmant. Vide sis pag. Dial. 13. not. 3. hinc certe rectius ideam Platonis definit Galen. Hist. Plin. cap. 6.

“ Ἰδέα ἐστὶν εἶσα ἀσώματος, αἰτία τῶν οἰά ἐστιν αὐτῇ, καὶ ὡς ἀει-  
 “ δειγμα τ̄ κατὰ φύσιν ἐχόντων αἰδητῶν ὑπερσείστων.

Platonici distinguunt ideas in τὴν πρώτην & Idea distin-  
guntur.  
 τὰς κατὰ μέρος, cujus distinctionis præter ce-  
 teros meminit Didymus apud Euseb. sed verba ejus in  
 notis jam allegavi, Prima idea, liceat ita loqui, voca-  
 tur à Timæo sempiternum exemplar, quod semper  
 idem fit, sui que simile, quodque sensibilia æque, ac in-  
 telligibilia omnia contineat, & uno veluti circulo am-  
 biat. Confirmat hæc Jambl. ex Ægyptiorum sententia  
 hunc in modum scribens, “ Παράδειγμα ἢ ἰδρυται ἔ αὐ-  
 “ τοπάτερος, αὐτογένου καὶ μονοπάτερος θεῶν, ἔ ὄντως ἀρχῆς  
 “ μείζονος ἢ τῆς πρῶτης ἐστὶ καὶ πηγή τῶν πάντων, καὶ πύθμενος τῶν  
 “ νοημάτων: quippe quæ idea ideo prima dicitur, quod  
 ceteræ quotquot sunt cunctæ ex una ea orientur &  
 quasi erumpant rerum ideae.

Quæ τὰ κατὰ μέρος εἶδη dicebant Phi- Altera Idearum  
distinctio.  
 losophi, distinguiebant rursus in genera-  
 liora & specialiora, ut docet Procl. in Parmen. f. 64.

“ λέγω ἢ γενικώτατα μὲν ὅσα ὑπὸ πάντων μετέχεται τῶν ὄντων,  
 “ ὡς μὴδὲν εἶναι τὸ ὡς ἀρχὴ πάντων, ὃ μὴ κατὰ τ̄ ὁμοίων εἶσιν ὑφέση-  
 “ κεν, οἷον ἢ εἶσα, ἢ ταυτέτης ἢ ἑτερότης, ταῦτα γὰρ ἐπὶ πάντων διή-  
 “ κει τὰ ὄντα· εἰδικώτατα ἢ, ὅσα ὑπὸ τ̄ ἀτόμων εἰδῶν μετέχεται  
 “ πῆ-

“πέφυκεν, οἷον ἀνθρώπος, κύων &c. quæ omnia sunt infinitæ numero monades in una monade, i. e. prima idea, uno & sempiterno unionis vinculo ligatæ. Docebat hoc Theologia Orphica ut prolixè demonstrat Procl. in Parm. fol. 102 & seqq. Idem dicitabant Chald. Oracula

----- “κὸςμῶ γὰρ ἀναξ̄ πολυμόρφῳ

“Προὔθηκεν νοερὸν τύπον ἀφθιτον, ἔ κατὰ κόσμον

“Ἰκνὸς ἐπειγόμενος μορφῆς κατ’ ἀ κόσμῳ ἐφάνθη

“Παντοίας ιδέαις κεχαρισμένος, ὧν μία πηγὴ.

quod allegorice pro more sibi solito, de *Jovis* conjugè effert *Jul. Imp. Orat. 5*. “Τῶν γὰρ νοήτων ὑπερκοσμίων Θεῶν  
 “δέξασθαι πάντων αἰτίας ἐν ἑαυτῇ πηγῇ τοῖς νοεροῖς ἐγένετο. Erat quoque *Persarum* opinio, *Proclo* teste in *Tim.* “δύο  
 “νόας πρὸ ψυχῆς εἶναι, τὸν μὲν τὰς τ’ ὄλων ιδέαις ἔχοντα, τ’ ἡ τ’  
 “μερικῶν. Inde fane arripuere *Hæretica* sua dogmata *Gnostici* & *Valentiniani*. Inde exorta *Hæreticarum* idearum sacramenta. Inde fabulas “πεὶ βύθου σπέρμα  
 “εἰσβάλλοντος ἐν τῇ μήτρα τῆς Σιγῆς impie contexuere, quas *Irenæus*, *Clem. Alex. Tertull.* ceterique *S. Patres* summa in Deum pietate, sacroque fervore commoti explosere.

*Idee rerum  
 principia.*

Ad ideas ceu principia in indagandis rerum causis confugiebant *Plato* ejusque αἰρέσεως Philosophi qui non cum *Epicuri* grege causas in rebus ipsis, aut naturam, ut cetera animantia oculis sequi vellent tardis ad divina. Ita scribit *Plot. Enne. 5. lib. 1.* “Δεῖ τίνιν θεάτω ἐν τῷ εἶσω, οἷον νέω  
 “ἐφ’ ἑαυτῆ ὄντος μένοντες ἡσυχῆ, ἐπέκεινα ἀπάντων τὰ εἶον πρὸς  
 “τὰ ἔξω ἤδη ἀγάλματα ἐστῶτα, μᾶλλον δὲ ἀγάλμα τὸ πρῶτον  
 “ἐκφανθὲν θεᾶδα, πεφηνὸς τῆτον τ’ τρόπον πάντα. Nec etiam fortuito impetu ad temeraria & cæca volutione res universi hujus cum *Heracliticis* fluere credebant; sed fixam & stabilem esse naturam, quæ veluti æternæ legis imperio, à causis, è quibus processit, pendeat & contineatur. *Plot. Enn. 5. lib. 1. cap. 7.* “Τὸ δὲ ὄν δεῖ ἐκ

“ἔν

“ἐν ἀορίστῳ οἶον θεωρεῖσθαι, ἀλλ’ ὄρω πεπῆχθαι καὶ εἶσθαι. Unde certe fallit & fallitur *Aristot.* docens doctrinam de *Ideis* ab iis adinventam esse, qui cum *Heraclyto* facerent & sensibilia fluere crederent, quo nomine etiam à *Syriono* reprehenditur ad lib. 11. *Metaph.* sicuti *Socrates* ipse *Heraclytum* ideo acriter perstringit in *Cratylo* & *Theateto*. Unde ortum suum ducunt entia, dicunt philosophi, inde dependent, & nativa sua vi ad principia sua sese convertunt: hinc tam in principiis quam in entibus naturæ, *μόνον*, *πρόοδον*, & *επιστροφὴν* reperiri putabant *Pythagoræ* & *Platonis* Scholæ. *Damas.* *περὶ δόξων* fol. 79. “πᾶν μὲν ἐν τῷ παρεληλυθός, ἔ ἐν τῇ φύσει, καὶ ἐν τοῖς ὅροις μένει τῶν οἰκείων αἰτίων, & rursus, “πᾶν γὰρ τὸ γεννώμενον ἀπὸ τῶν γεννῶντος· ἢ μὲν αὐτὸ παρελήλυθεν, ἢ δὲ ἀπ’ οἰκείων μένει. Conf. *Porph. Sent.* & *Jambli. de Myst.* Sect. 1. Cap. 28.

Ut vero *Platonis* sententia eo melius constet, & doctrina de *Ideis* concinniori ordine apprehendatur, quinque hæc notanda veniunt, 1. Ideas ipsam esse Dei intelligentiam. 2. Prima intelligibilia seu entia rationis quæ intelligentia apprehenduntur. 3. Materiam mensuras. 4. Mundi formas. 5. Ipsas autem essentias incorporeas. Quædam horum jam delibavimus quæ restant nunc paucis dare, & quasi curriculo, ut aiunt, percurrere certum est.

Omnes quæ sunt rerum ideæ, unâ *Ideæ sunt ipsa Dei intelligentia.* sunt in Deo ejusque intelligentiam constituunt, nec ab intellectu divino sunt separandæ. In *Theol. Chaldaica* nuncupantur ideo αἱ ἐννοίαι ἢ παρὰ τὸν θεόν, & *Dionysius* vulgo, sed falso *Areopagita* dictus, ideas hunc in modum definit “ὡς ἀδείγματα ἢ φαιμέναι εἶναι τὰς ἐν θεῷ τῶν ὄντων ἐσοπιὰς ἔ ἐπεστροφῆς λόγους. Neque etiam ideam illam, ad quam mundus fit creatus, ab intellectu Divino separat *Timæus*, sed Deum ut ideam sæpe numero promiscue compellat, quod confirmat *Plotinus Enn.* 5. lib. 1. ita de *Timæo* prodens “Πολλαχῶς δὲ τὸ ὄν, καὶ τὸν νῦν, ἰδέαν λέγει. Paradigmata quo-

rum simulacra mundus gereret, in seipso invenit molitor opifexque mundi: extra se sane ea adinvenire non poterat, cum nihil præter materiam, quæ etsi ex *Platonis* æterna esset, nihilo tamen secius rude & informe Chaos erat. Et certe immerito *Platoni* tribuit *Aristoteles*, quod ideas ab intelligentia divina separet, cujus sane rei nullum in *Platone*, nullum in *Platonico-*  
*rum* ullo occurrit vestigium, adeo ut parum fidei sit habendum *Aristoteli*, qui id solum agit, ut nescio quo jure quave injuria *Platonis* verba maligne interpretetur, neque male judicasse videatur *Jul. Imp. Orat. 5.* quod *Aristot.* adversus *Plat.* scribat aut loquatur “ ἐδὲν  
 “ Πησιμονικὸν ἐδὲ ὕμεις, γελῶσιον ὑπὲρ τῶν ζῆτων τι ἐ πολυ-  
 “ πραγμονῶν. In *Theol. Chaldaica* prima mens, (id est summus Deus) vocatur. “ καὶ πηγὴ πηγῶν ἢ πηγῶν πῆρας ἀπα-  
 “ σῶν. quod scaturigo sit idearum omnium & causarum omnium prima causa: sed pluribus hæc dabit *Damasc.*  
 de *Uno* ita scrib. “ Πανδοχῆς ἐστὶ ἡ Ἐῖ ἐνὸς φύσις μᾶλλον δὲ  
 “ παντοφύης, καὶ ἐδὲν ὅτι μὴ ἐστὶ τὸ ἐν· διὸ πάντες ἀπ’ αὐτῆς οἶον  
 “ ἐκμηρύνεται, καὶ τὸ κυρίως αἰτιὸν τι ἐ πρῶτον ἐκείνο ἢ τέλος  
 “ αὐτὸ ἢ ἐλατῆρον, αὐτὸ θρίγες ἀτέχνως τῶ πάντων καὶ τῶ πολλῶν  
 “ μία φύσις, ἐχ’ ἢ ἐν αὐτοῖς ἀπ’ ἐκείνης ἀλλ’ ἢ πρὸ αὐτῶν γενη-  
 “ τικὴ τῶ ἐν αὐτοῖς, ἢ ἀμερεσιώτη κερυφῆ τῶ ὁπῶσσοτε πάντων ἢ ἢ  
 “ μεγίστη πειροχὴ τῶ ὁπῶσσοτε ὅλων λεγομένων.

*Rerum Naturæ for-*  
*mæ & paradigma.*

Ideæ sunt mundi formæ & paradigma-  
 mata quæ in entibus quibuscunq; suam  
 signarint effigiem, adeo ut quæ earum  
 sint simulacra, essentiam, denominationem & quic-  
 quid ad constituendam perficiendamque naturam  
 suam faciat ab ideis suis quibuscumque communicant,  
 nanciscantur. Præter omnia animantia quæ mundum  
 constituunt & implent unum animans ortu interitu-  
 que carens cogitari volebat *Plato*. Ita *Didym.* apud  
*Euseb. Præp. Evang. lib. II. c. 23.* “ ὡς δὲ πάντες γὰρ ἀν-  
 “ θρώπων ἀνθρώπων τινα νοεῖσθαι, ἢ ὡς δὲ πάντας ἵππους ἵππον,  
 “ ἢ κρινῶς ὡς δὲ τὰ ζῶα ζῶον ἀγεννητον ἢ ἀφθαρτον, & sicuti  
 sigilli impressi forma videtur expressa, sic ex ideis  
 magnam

magnam naturarum & ingentem vim existere, quæ *ideis* sint confimiles, quæque non aliter *ideis* suis participant quam similitudine. Hæc præter *Socratem* in Dialogo nostro, ubi pluribus hac de re in notis agimus, docet *Epicharmus* apud *Laertium*

----“ ὅσα ἔν δοκεῖς

“ Οὕτως ἔχειν καὶ περὶ τῶ ἀραθῶ· τὸ μὲν

“ Ἀραθὸν τὸδε, πραγμ' εἶμιν καθ' αὐτό· ὅστις δέκα

“ Εἰδῆ μαθῶν τῆν', ἀραθὸς ἤδη γίνεται.

Adeo ut nullum ens, ut ajunt, derelinquatur ab intellectuali substantia, sed semper in se locatam habeat speciem, quæ quidem non alia sit ab eo & substantia ejus, sed τὸ *esse* entis compleat & effectivam illi, exemplarem, & finalem causam inferat.

Excipiunt autem quædam Philosophi, quorum nullæ dentur *idea*

*Sunt quedam quorum nullæ sunt idea.*

quæque *absentia* potius & *privatione idearum* in universitate rerum existant, quorumve fontes incerti sint & origo ignota. Mentionem eorum in notis nostris quidem facimus, non tamen abs re erit breviter & hic hac de re, in antecessum, ut dicunt, agere. Omnia, quorum *ideas* dari negabant *Platonici*, comprehendit *Alcinous* cap. 9. “ οὐτε γὰρ, inquit, πῶς ἀλείψεις τ' ἀπὸ Πλάτωνος ἀρέσκει, τ' τεχνικῶν εἶναι ἰδέας, οἷον ἀσπίδος ἢ λύρας, ἔτε μὲν τ' ὠδῶν φύσιν, οἷον πυρετῆ, καὶ χολέρας, ἔτε τ' κατὰ μέρος, οἷον Σωκράτους, καὶ Πλάτωνος, ἀλλ' ἔδ' εἰ τ' εὐτελῶν πινθῶν, οἷον ῥύπυ καὶ κάρφους, ἔτε τ' πρὸς τι οἷον μείζον ἢ ὑπερέχοντος. Horum omnium nullas esse *ideas* plurimi *Platoniorum* arbitrabantur, vixdum autem ullibi in *Platone* cuncta hæc figillatim nominatimque deprehendere potui excepto hoc nostro *Parmenide*. Ast majoris momenti est quæstio: Num malorum dentur *idea*: pro cuius negativa stat *Plato* & contrarium adstruit lib. 2. de *Rep.* Argumenta *Platonis* pro negativa, i. e. mala nullis participare *ideis* hoc modo distincte proponit

*Proclus* ὡς τῶν ἐν τῷ δευτέρῳ τῆ Πολιτείας εἰρημύλων Θεολογικῶν τύπων. “ Εἰ γὰρ μόνων ἀγαθῶν αἰτιῶν ὁ Θεός, καὶ πᾶς Θεός “ κακῆ ἐθενός, συναποδέδεικται καὶ, ὅτι κακῶν ἰδέα οὐκ ἔστι καὶ “ γὰρ ἡ τῶν κακῶν ἰδέα Θεός ἔσται, ἐπεὶ πᾶσαι ἰδέαι Θεός, ὡς “ Παρμενίδης εἶρηκεν. Εἰ ἔν καὶ ἡ τῶν κακῶν ἰδέα Θεός· πᾶς ἡ “ Θεός ἀγαθῶν μόνων αἰτιῶν, κακῶν ἡ ἐθενός, ἔσται ἢ ἡ τῆ κα- “ κῶν ἰδέα μόνων ἀγαθῶν αἰτιῶν, κακῆ δὲ ἐθενός· τὸ δὲ μη- “ δένος κακῆ αἰτιῶν, ἐδὲ ὡς ἀδειγμα ἔστι κακῶν, ἢ γὰρ τὸ ὡς ἀ- “ δεγμα ἐν τῆ αἰτιῶν. τὸ ἢ μὴ ὄν ὡς ἀδειγμα τῆ κακῶν, ἐκ ἔστιν “ ἰδέα τῆ κακῶν, πᾶσαι γὰρ ἰδέαι ὡς ἀδειγμα. Purior est, in- quit *Plato*, summa mens, quam ut *ideis malorum* contaminari queat, cujus cum natura fit optima, proprium est benefacere non nocere, sed non nocere solum, verum etiam omnia mala remove. Exulat inde omnis invidia, summaque probitate præstat, hinc cuncta sui similia generat & mali nihil admiscet, uti *Plato* docet in *Timæo* & ex antiqua natura, id est materia, cui admista erant modo incognito, provenire mala existimat. *Max. Tyr. & Plat. Enn.* 1. lib. 8. cap. 7. & *Sallust. de Diis & Mundo. Malum* nullam habere qualitatem, nec *per se* subsistere statuit, sed meram boni privationem esse, “ Κακῆ φύσις ἐκ ἔστιν, ἀπερσία δὲ ἀγαθῆ “ γίγνεται, ὡς περ καὶ σιότος αὐτὸ μὲν οὐκ ἔστιν, ἀπουσία ἢ φωτός “ γίγνεται. Toties fane disputata & ad nausæam fere, si ita loqui fas est, recocta hæc est quæstio, tam à *Philosophis Ethnicis*. quam veteris *Ecclesiæ Patribus*: Toties acriter pugnatum sed æquali fere semper Marte & pari robore, ut vixdum appareat, qui victi, qui victores ex arena abierint, adeo ut non tot fane tela à quibusdam *Patr.* in *Platonem* fuissent dirigenda, vel sententia ejus de incerta malorum origine totidem calumniis incessenda, maxime cum eadem notio quosdam *Christianæ Ecclesiæ Patres*, & labes invaserit. Non multus ero in adducendis testimoniis, unus sufficiat & pro *Platone* militet *Arnobius adv. Gent.* lib. 2. hunc in modum dictitans. *Hoc tenemus, hoc novimus, in hac una consistemus cognitionis & scientiæ veritate, nihil à Deo fieri,*

feri, nisi quod sit omnibus salutare, quod dulce, quod amoris & gaudii, lætitiæque plenissimum, quod infinitas habeat & incorruptibiles voluptates, quod sibi quisque contingere votis omnibus expectat, forisque ab his esse exitiabile & mortiferum ducat. Cetera, quæcunque sunt alia, quæ in questionibus assolent controversisque versari, quibus causis orta sint, vel quibus auctoribus fiant, neque nosse contendimus, neque inquirere, aut investigare curamus. Suis omnia relinquimus causis, nec, ad id, quod expetimus, esse nobis adjuncta atque adplicata judicamus.

*Timeus* in explicanda mundi generatione, incultam fuisse statuit universi substantiam, i. e. materiam, quæ rudis & indigesta moles erat, cum sese Deo efformandam & digerendam offerret. In hac sententia *Plato*, *Porphyrus*, *Famblichus*, *Proclus*que fuere, ac iis omnibus prior *Trismegistus*, qui, etsi materiam unâ cum *Platonicis* inter mundi principia ponit, & in *Asclep.* τὴν ὕλην non minus, quam *Deum* æternum affirmat, materiam tamen generabilem esse dicit, non, quod tam naturam generandi habeat, quam, quod transmutari, inordinata ordinari, informari & generari potuerit. Deerant illi, quæcunque erat, incultæ materiæ compagi, mensura, & ordo, nec ullis distincta erat intervallis, nec sibi apte adhærebat, usque adeo ipso motu carens, sine quo nihil fit, nec perit, dicente *Seneca*. Opus erat bonitate, potentia, & sapientia parentis universitatis, qui, dum ex ea mundum condere moliretur, eam perpoliret, conjunctam dejungeret, singulas partes figuris exornaret, formis distingueret, & unum mundi corpus sibi simile, sed formis dissimile construeret. Sux intelligentiæ exemplaria, maxime vero unum illud exemplar omnes formas complectens imitatus, id, quod machinabatur, prætitit & perfecit effector mundi molitorque *Deus*. Hinc *ideæ* sunt causæ exemplares & formales rerum universitatis. Hinc, sicut primum illud intelligibile exemplar *ideas* omnes sub

*Ideæ sunt materie mensura.*

unitate complectitur, ac unum est, mundus quoque, formas animalium cunctorum continens, unus est, & universum nuncupatur. Hinc quicquid creatum, *ὡς εἰς εἶκόνα, εἰς ὁμοίωσιν*, à summo numine creatum, loquente ita *Timæo*. Sed cuncta hæc eleganter exprimit *Boetius de Cons. Phil.* lib. 3.

--- *Tu cuncta superno*  
*Ducis ab exemplo, pulchrum pulcherrimus ipse*  
*Mundum mente gerens, similique ab imagine formans.*

*Transitio ad partem secundam*  
*Dialogi seu de Uno aut Deo.*

His præmissis, & delibata doctrina de *Ideis Platonis*, quam nunc pluribus exequeremur, nisi bene multa in notis nostris adtuliffemus, quæ heic repetere abs re foret & sine utilitate, ad secundam Dialogi nostri partem transimus, visuri, quid de *Uno*, quo *Deum* indigitari ante jam monuimus, disputet *Parmenides*. *Platonici* totam syllogem in novem digerunt supposita, quorum quidem quinque priora *unum* esse ponant, quatuor posteriora, non esse *unum*, eo vero sublato totam rerum universitatem de medio tolli, & hæc fere Theoremata, quæ in Dialogo nostro de *Uno* pertractata deprehendimus, suppeditant, 1. quod *Unum* non sit *multa*. 2. quod nec *totum* sit nec *partibus* constet, adeoque neque *initium*, neque *finem* neque *medium* habeat, & *infinitum* sit, 3. quod sit *sine figura*, 4. quod *nec idem nec aliud* sit, *nec stet nec moveatur*, 5. quod *neque simile sit, neque dissimile*, 6. *nec æquale nec inæquale, nec majus nec minus*. 7. *nec senius nec junius*. 8. quod nulli sit obnoxium *generationi*, cum nullo tempore participet, 9. quod nec *essentia* illi competat, 10. quod nec *cogitari*, nec *sciri*, nec *dici*, nec *nominari* queat; quæ singula explicata & ad naturam Dei ex mente *Parmenidis* & *Platonis*, dabimus.

Tam variæ erant veterum Philosophorum, tamque discrepantes de *Deo* sententiæ, ut non pauci, quod naturam



turam ejus fatis explore perceptam habere non possent, assensionem quasi à re incognita & incerta cohibere maluerint, quam temeritatis crimen incurrere. Satis superque testantur veterum monumenta, plerisque quidem Philosophorum adeo perverse & temerarie de *Deo* cogitasse, ut obscuram prorsus & veluti tumultuariam ejus cognitionem habuisse videantur; multos *Deum* mente novisse, & in animi notione tanquam in vestigio reposuisse; omnes autem in eo convenisse, quod, quid *Deus non sit* citius dixerint, vel dicendum putarint, quam *quid sit*, & negativa duntaxat sit, quam de *Deo* habeamus, notio. Hinc *Deum* semet ipsum dupliciter cognoscere docebant *Platonici*, nimirum qualis sit, & qualis non sit, quorum hunc cognoscendi modum cum mortalibus communicavit. Ita declarat *Procl. in Parm. MS. lib. 5. f. 38*, “ Δίτις γὰρ ἔχει πῖς γνώσεις, τὴν μὲν ὁ νῆς, (l. ὡς νῆς) τὴν ἢ ὡς μὴ νῆς, καὶ τὴν μὲν ὡς ἑαυτὸν γνώσκων, τὴν ἢ μεθύων, φησί τις, καὶ ἑαυτὸν ἐνθεάζων τῶ νεκταρι, καὶ τὴν μὲν ὡς ἐστὶ, τὴν δὲ ὡς ἐκ ἐστὶ. Τὴν μὲν ἄρα ἀποφατικῶς ἔχει τὴν γνώσεων, τὴν δὲ καταφατικῶς καὶ αὐτὸς ὁ πολύμνητος νῆς. Et paulo post de communicatione negativæ cognitionis. “ οὐ γὰρ, inquit, ὅτι ἐστὶ τὸ ἐν γιγνώσκασι, ἀλλ’ ὅτι οὐκ ἐστὶ, κατὰ τὸ κρείττον τῶ ἐστίν. Difficulus fane & quasi per umbram errans, naturam divinam investigare potest hominum cogitatio & apprehendere, cujus numen & immensitatem angusti ingenii carceres nunquam comprehendunt. Unde *Acmonii apud Just. M. Παρανετ. 1. Deus* dicitur ὁ πάγκροφος, & *Aegyptius Αἰγύπτιος*, i. e. *Manethone Sebennita* interprete, ὁ κεκρυμμένος, videlicet *Plut. Lib. de Is. & Osir. & Jambl. de Myst. sect. 8. cap. 8.* “ οὐ γὰρ δημοκρατικὸς νῆς ἐστὶ ἀληθείας προσάτης, καὶ σφίαις, ἐρχόμενος μὲν διὰ γενέσθαι καὶ τὴν ἀφανῆ τῶν κεκρυμμένων λόγων διώκων εἰς φῶς ἄγων, Αἰγύπτιον κατὰ τὴν τῶν Αἰγυπτίων γλώσσαν λέγεται. Usque adeo nimirum semotam à rebus nostris & captu humano Divinam esse essentiam credebant Sapientes, ut vel prorsus tacenda, vel, si cum peritis & Sacris rite initiatis

tiatis sermones essent conferendi, privationibus potius seu negationibus, quam positionibus de ea fit disputandum, conf. *Dionys.* τὸν ψεύδο-Αρεοπ. *Lib. de Trin.* Sic *Timæus* apud *Plat.* “ τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα εὐρεῖν τι ἔργον, καὶ εὐρόντα εἰς πάντας ἀδιώτατον λέγειν. *Porphyr. de Abst.* lib. 2. “ Διὰ σιγῆς καθαρεύς (nisi forte cum aliquibus legendum sit, ψυχῆς) καὶ τῶν περὶ αὐτὰ καθαρῶν ἐννοεῖται “ θρησκυόμεν αὐτόν. Et *August.* in *Pf.* 58. *Terram*, inquit, *cogitas? Non est hoc Deus. Mare cogitas? Non est hoc Deus. Omnia quæ sunt in mari, quæ volant per aërem? Non est hoc Deus. Angelos cogitas, Virtutes, Potestates, Archangelos, Thronos, Sedes, Dominationes? Non est hoc Deus. Et quid est? Hoc solum dicere potui quid non sit. Queris quid sit? Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit.* Ita de *Uno* silentio colendo tradit *Jamb. de Myst.* sect. 8. cap. 3. *Plato* in *epistola ad Dionys.* monet μηδὲν τῷ ἐνὶ πνεύματι φερεῖν, ἀλλὰ πάντα ἀφαιρεῖν, sicuti ante eum à *Xenophane*, *Parmenide* & *Eleaticis* disputatum, & in *Dialogo* nostro, imprimis autem primo ejus supposito disputatur.

*Unum universitatis unica causa, & Deus unus.*

*Plato* unum summumque *Deum* agnoverat & inferiores *Damonas*; sed de tot *Deorum* ordinibus, quos *Theurgi*, vesani & supersticiosi harioli, illi suis affingunt ingratiis, ne κατ' ὄναρ quidem cogitaverat. Ut ut enim *Epicurus* clamitet summam, quæ *Dei* est, beatitudinem, cum summa solitudine consistere non posse, noverat tamen *Plato* meliora doctus, id, quod summum sit, *Deum* esse, summum vero non esse, nisi quod unicum fuerit, unicum autem esse non posse, cui aliud quid adæquaretur. Tali argumento *unitatem Dei*, jam ante *Platonem* defendebat *Zeno* ὁ *Ελεάτης*, teste *Arist.* lib. de *Zen. Xenoph.* & *Gorg.* Eodem utebatur *Xenophanes*, *Eleaticæ αἰρέσεως* princeps & parens, ut videre est ex versibus ejus apud *Clem. Alex.* lib. 5. *Strom.* Neque certe alio tendit *Theorema* illud *Dialogi* nostri, *Unum non esse multa*, i. e. *Deum* esse, & per se substituisse ante,

ante, quam aliquod ens naturæ & universa universi compages, quæ multitudine constat, in natura extiterit. *Unitas*, inquit *Plotinus*, *prior semper est multitudine, & simplex composito*. *Proclus Platonem* Theoremate hoc id agere autumat, ut τὸ *unum* seu *Deum*, primam & unicam totius universitatis causam esse tali veluti argumento evincat. Constituit, inquit Philosophus, rerum universitatem multitudo, quam à causa aliqua originem suam duxisse necesse est: at vero, si à causa processit, causam illam vel unum, vel nihil fuisse opus est, nisi aut causæ prorsus expertem multitudinem dicas, aut infinitam causarum seriem & successiorem sine prima causa statuas, quod utrumque absurdum. Inde *Unum* esse omnium principium communi consensu adstruunt *Platonici*, & *Deus unus Pater* dicitur *Platoni*, & *Ægyptiorum Theologis*, & *Sept. Afro*, *Sator rerum principiumque Deorum*. *Jambli. de Myst. sect.* 8. cap. 2. “ Πρὸ τῶν ὅλων ἀρχὴν ἐστὶ Θεὸς εἷς πρῶτος. Ἀρχὴ ἔστω καὶ Θεὸς Θεῶν, Μόνος ἐν ἑνὸς παλαιός καὶ ἀρχὴ ἔστω. *Conf. Plot. En.* 3. lib. 8. Etenim si *multiplex* esset divina substantia, & in multis multiplicari posset individuus, id ipsum non perfectæ, sed imperfectæ naturæ, & maximæ imbecillitatis esset argumentum, cum individuum multitudo non reperitur, nisi in rebus naturæ corruptioni obnoxiiis, quæque dissolvuntur & reapse intereunt. Sic sapientum principes qui ἐν τῷ πᾶν prodidere, quanquam pro re nata ex vulgi sententia *plures* creparent *Deos*, omnes tamen in *Uno* comprehensos, & pro totidem effectibus *Unius Dei* censendos volebant, quem fragilis & inepta mortalitas in innumeras partes digesserat. Vide sis *Macrob. Saturn.* lib. 1. cap. 17. *August. de Civit.* lib. 4. cap. 9.

Et hinc videas *Parmenidem* totum & partes ab uno remove, ut nimirum *Dei unitatem* summam-

*Unum simplex ac perfectum,*  
*& Deus simplicissimus ac*  
*perfectissimus.*

que simplicitatem ostendat, adeo ut nulla in natura ejus deprehendi possit divisio, nulla relatio, nulla cum  
causis

causis secundis comparatio. *Platonici* ideo τὸ *unum* ἑ-  
 λεον potius, quam ὅλον dicendum existimabant. Qui  
 simplicissimus est, inquit Philosophi, perfectissimus  
 quoque est, & nullius rei extra se indigus. Nec factum  
 aut creatum aliquid est propter *Deum*, qui adeo per-  
 fectus est, ut illi nihil accedere, nec decedere possit,  
 quique totus sui est, & infinitus. Hinc *Hippod. Thur.*  
 nuncupatur “*Ἀυτοτελής ἔ ἐδενὸς Ἰτιδέης.*

*Unum sine principio  
 & sine, & Deus in-  
 finitus ac immensus.*

*Parmenides* dum partes ab uno remo-  
 vet, principium quoque & finem tollit,  
 & immensitatem infinitatemque ejus ad-  
 struit. Qui *Deum puram mentem* seu per-  
 fectissimum Spiritum, non materia commistum, sed ἀμωγῆ  
 esse volunt, illi eum omni carere limitatione, nullisque  
 contineri finibus firmiter credunt. Cum vero ad infi-  
 nitatem numinis mentis humanæ acumen pervenit,  
 intelligit *Deum* infinitum esse tum ratione temporis,  
 tum ratione loci. Hic de infinitate ratione loci fer-  
 mo esse videtur *Parmenidi*, quæ adeo essentiæ Divinæ  
 est propria, ut, nisi *Deum* perfectissimum, Maximum,  
 omnipotentem esse neges, fixos illi limites præstituere  
 non possis, intra quos veluti carceres vi & necessitate  
 quadam coerceretur. *Plato* sane cum *Stoicis* & *Galeno*,  
 locum spatium à corpore occupatum esse credebat, ut  
 patet ex *Timæo*, & in *Alcibiade* 1. locum ab ipsa natu-  
 ra corpori destinatum esse scribit, ita ut,

---- materies si rerum nulla fuisset  
*Nec locus nec spatium, res in quo quæque geruntur.*

ut canit *Lucret.* lib. 1. quemque vel eo nomine *Deo*  
 competere non posse putabat, quod eum mentem so-  
 lutam opinaretur & liberam, & segregatam ab omni  
 concreione corporali. Passim quidem in *Platone* de-  
 prendas, *Deum* esse ubique, omnia complere, & sicuti  
*Aratus de Jove* seu aëre canit, *Jovis esse omnia plena*; sed  
 mentem Philosophi hoc in passu omnium exponit *Plato*  
 tinus

tinus *Enn.* 3. lib. 9. cap. 3. *Unum ubique est, inquit, & implet omnia: & si ipsum esset ubique tantum ipsum esset omnia; at quoniam etiam nusquam est, fiunt per ipsum omnia, quoniam est ubique, diversa vero ab ipso, quoniam est nusquam: & ubique est, & nusquam, quia oportet super omnia unum esse, ideo necesse est implere & facere cuncta, nec tamen omnia hæc esse quæ facit.* Hinc triplici significato locum debere accipi docet *Philo de Somniis*. “Τρι-  
 “χῶς ἢ Ἰπτινοεῖται τόπος· ἀπαξ μὲν ὑπὸ σώματος ἐκπεπληρο-  
 “μένη· καὶ δεύτερον ἢ τρίτον ὁ θεὸς λόγος, ὃν ἐκπεπληρώκειν ὅλον  
 “δι’ ὅλων ἀσωμάτους δυνάμειν αὐτὸς ὁ θεός· κατὰ ἢ τρίτον ση-  
 “μεινόμενον αὐτὸς ὁ θεὸς καλεῖται τόπος, τῷ περὶ εἶχεν μὲν τὰ  
 “ὅλα, περὶ εἰχεσθαι δὲ πρὸς μηδενὸς ἀπλῶς, καὶ τῷ καταφυγῆν τῷ  
 “συμπάντων εἶναι αὐτὸν, Ἐπειδήπερ αὐτὸς ἐστὶ χωρὶς αὐτῶ κε-  
 “χωρηκῶς ἑαυτὸν καὶ ἐμφορέω, μόνω ἑαυτῷ. Pariter ac  
*Trism. in Pim.* postquam locum incorporeum esse as-  
 seruit, ejusmodi incorporeum esse dicit, mentem sese  
 omnino complectentem. Sic in *Leg. Plat.* Deus dicitur  
 τὸ μέτρον τῶ ὅλων, non quidem quod ipse sit mensura, sit  
 mensuratus, qui immensus est, sed quod immensitate  
 sua universitatis naturam definiverit, & enti unicui-  
 que *essentiam, potentiam & τελειότητα* constituerit. Ita  
*Dionys. de Div. Nom.* “*Ἀληθῶς, αἰτ, ὑμνεῖ*”) (scil. ἢ τῶ πάν-  
 “των αἰτία) πάντων ὑποστάσις ἀρχηγική καὶ τελειωτική, καὶ συνεκ-  
 “τική φρεσὶς, καὶ ἐστία, καὶ πρὸς ἑαυτὴν Ἰπιστεπτική, καὶ ταῦτα ἡνω-  
 “μένης, ἀσχετῶς, ἐξηρειδῶς. Εἰ γὰρ καὶ πάντων περὶ εἰδραγ-  
 “μένη ἐστὶ τὸ θεῖον, καὶ πάντα περικρατῆν κατὰ τὴν ἰδίαν ἀγαθω-  
 “πάτην πένοντιαν, ἀλλὰ καὶ ἐξηρειδῶν ἐστὶ πάντων ὑπερούσιως  
